micus ⁊ ſeducebat. quia ſeducibilis. id eſt. aptꝰ ad ſeducendū eram. Sic ⁊ tu quicūqꝫ es homo nō dicas cum Adā Gen. iij. Mulier decepit me nec cum muliere ſerpens decepit me. Sed dic et tu iniquitates tuas non alienas vt iuſtificeris. Noli eſſe ſeductibilis tunc nō ſeduceris. ſed ſtude cum ſamaritano ſic gratias agere vt mundatus non recidiues ad peccatum ſicut illi nouez leproſi ad leproſitatem. Decimi leproſi ſunt veri penitentes. quia videtur aliquando homo eē leproſus cum non ſit. Sic verus penitens videtur ſibi aliquādo ex bona conſcientia ꝙ peccator ſit cū tñ nō ē. Vñ dicit Gre. Piarū mētiū ē ibi culpā timere vbi culpa nō ē. Et hoc ſignificat iſte ſamaritanꝰ q̇ mūdatꝰ ī via adhuc. ſ. ad ſacerdotes iuit qui habebant diſcernere an eſſet mūdatus vel non. ita debet ipſe homo licet mundatus ſit a lepra peccati ingemiſcere ⁊ grates deo reddere ſeqꝫ ad pedes Jeſu cum ſamaritano proſternere vt tandem ab eo audiat. Surge. ſ. profecte a peccatis ⁊ vade. qr fides tua te ſaluū fecit

De eadem dñica. Sermo ſecūdus.

# Vnus autem

ex illis vt vidit qr mūdatꝰ eēt regreſſus ē cum magna voce magnificās deū. Luc. xvij. Emphiteota. ppriie ein zynſman. tenēs agrū alicuiꝰ dñi ſp tenet ſibi de agro reddere cenſuz ſtatutū tpe ſuo. ſin nō pōt expelli ⁊ agrū ſuū alio locari. Idē ē de domo ꝯducta nō ſoluit cenſū. vt extra de locato ⁊ ꝯducto ponit. Moralit aīa noſtra ē ager quem tenemꝰ a deo in feudum. Quia Gen. ij. ⁊ inſpirauit ī faciem eiꝰ ſpiraculū vite. ⁊ factꝰ eſt homo in aīaz viuentez. Vltra poſſeſſionem anime recipimꝰ etiam a domino ſemina verbi dei ⁊ doctrine eiꝰ. q̄ ſi in agro aīe ſeminata rigarent ⁊ colerent bonis operibꝰ naſcerent fructus virtutū pcioſi et chari quibꝰ obtineret glīa etna. Et ſi aliqñ aīa nr̄a ſit arida p peccatū ſicut ꝯqrit dauid ī pš Anima noſtra ſicut terra ſine aqua tibi tūc dñs donando aquā gratiarū eā iterū rigat vt virtutum germinet ſemina. Ideo de his omnibꝰ vult dñs habere cenſum. ſ. gratiarūactiōes ⁊ ſui nominis magnificationē. Figura illiꝰ habet Gen. xlij. Tempe famis Joſeph terras ⁊ poſſeſſiōes oēs regni egypti obligauit. prouidens omnibꝰ de cibo ne morerent. verumtamen p̄dictas poſſeſſiones relinquebat illis in feudum tali pacto. vt accepto ſemine regi redderent quintam ptē; naſcentium. Spiritualiter ante tempus chriſti fuit fames in terra tam verbi dei ꝙ panis angelorum ſcꝫ ſui ſacramenti ⁊ miraculorū. Ideo dixit Amos. viij. Mittā famē in terrā. nō famem panis ſed verbi dei. Sed veniens verus ioſeph ſcꝫ chriſtus refecit nos verbo ſuo ſalutifero venerabiliqꝫ ſuo ſacramēto nec nō miraculorum. ita vt anima noſtra multiplicem fructum attulit Sed hoc ſibi ſolum retinuit vt q̇ntam ptem ſcꝫ gratiarūactionē a nobiſ recipiat. ⁊ hoc animaduertens iſte ſamaritanus cum recepiſſet gratiaz ſanitatis voluit ei reddere gratiarūactionez. vt dicunt verba allegata. Vnus aūt ex illis. ſ. decem mundatis. In his verbis p̄ncipaliter duo tangit Luc. Primo reſpectū mundationis ibi. vt vidit quia mun. Scd̄o debitū magnificatiōis ibi. regreſſus eſt cū ma. Pro quo notandū debitor cognoſcēs debitationē circa debiti ſolutionem ſollicitꝰ ⁊ pmptior efficit ad ſua mercemonia iterū largienda. Quia dicit Caſſianꝰ li. iiij. Spem de futuris recipit qui tranſacta bñficia recognoſcit. Spūaliter omnes nos ſumꝰ debitores dei ſicut doctor dicit rōne delicti. rōne beneficij. rōne depoſiti. Primo rōne delicti. Oēs eni contra deum delinquimus ſicut canit. Peccauimꝰ tibi ⁊ mandatis tuis nō obediuimꝰ. Et poteſt dici cum pš. l. Tibi ſoli peccaui domine ⁊ malum coram te feci. Et ideo oēs ei pro offenſa obligamur ad emendā. Exemplum huius. j. Reg. vj. de philiſteis qui arcam domini iniuſte detinuerunt. ⁊ ideo diuerſimode fuerūt afflicti. Que debetis reddite pro peccatis ⁊ tunc curabimini. Illud debitum eſt penitentia quam multi male ſoluunt ⁊ quidam nunꝙ. Male ſoluunt qui ſuam penitentiam in ſenectutem defecerūt. Nunꝙ ſoluunt q̇ ſine penitentia ⁊ charitate decedunt. Contra quos dicit in pn̄ti euāgelio. Ite ſcꝫ imediate. nec ad finē ſpectate. ⁊ vos ſacerdotibꝰ oſtendite. ſ. faciēdo corā eis veſtrā pniaz Quia rōne huiꝰ debiti qđ eſt pnia p peccatis et ipſa peccata debita nuncupant Mat. vj. Et dimitte nobis debita noſtra. Scd̄o ſumus debitores deo rōne depoſiti. Hec eni oīa bona que vident nobis collata depoſita ſunt magis ꝙ data. ⁊ reddituri ſumꝰ de oībꝰ rōnē. Luc. vj. Mittite eum in carcerem donec reddat vniuerſū debitum. Tertio debitores deo ſumꝰ rōne bñficij Recepimus enim a deo bona gratie. nature et fortune. Et illorū debitū eſt duplex. Primuz eſt ipſius ſeruitus. Si eni dñs temporalis dat vaſallo ſedule ſeruitiū eodem modo tenemur famulatum deo. Luc. xvij. Cū eni oīa feceritis dicite ſerui inutiles ſumus. Scd̄m debitū eſt gratiarū actio. q̇ eniꝫ ab aliquo aliquid tempale accipit ad gratiarūactionē ſe ꝯſtringit. Vñ dicit Gregꝰ.

Cū creſcūt dona creſcūt ⁊ donorū rōnes. Pro-
pter quod iſte ſamaritanus perpēdēs dona que
ſibi dominus contulit in lepre curatione ⁊ pctō
rum dimiſſione noluit eſſe ingratus. ſed ad chri-
ſtum eſt regreſſus. ⁊ ipſum magnificauit. Sʒ no
D bis pro doctrina eſt ſciendum. Chriſtus pro nō
bis multa fecit pro quibꝰ ei quilibet merito gra-
tus exiſtat. Nam victoriam contra diabolū ob-
tinuit. a fauce eius eripuit ⁊ a peccatis nos ſua
morte liberauit. ⁊ ſic de alijs que commemorat
beatus Augꝰ. in li. medi. dicens. Domine dile-
xiſti me plus ꝗ te. quia mori voluiſti ꝓpter me.
de exilio reduxiſti me. nomine tuo ſignaſti me.
de ſeruitio retraxiſti me. ſanguine tuo redemiſti
me. vt memoriale tuum ſemper eſſet apud me.
⁊ nūꝗ recederet a corde meo. quia propter me
deſcendere de cruce noluiſti. Et hec verba pōt
quilibet dicere et ſemper gratias agere deo. Fi-
gura illius habetur. j. Reḡ. xxj. ꝙ filie hieruſa-
lem venerunt obuiam Dauid redeunti a prelio
philiſtinorum cantantes in tympanis ⁊ choris
dixerunt. Saul percuſſit mille. ⁊ Dauid decem
milia. Moraliter filie hieruſalem ſunt liberate
anime de manibus philiſtinorum infernalium ꝑ
victoriam paſſionis chriſti cognoſcentes in hoc
beneficium deberent illi ire obuiam cantu ⁊ ſo-
no. id eſt. fide et opere gratiarumactiones red-
dentes ⁊ deum cum iſto ſamaritano magnifican
tes pro decem milibus percuſſorum. id eſt. pro
liberatione ab iniur ijs malis. et ꝓſtratione dia
boli. Sic beatus Augꝰ. beneficium dei cogno-
uit ⁊ ipſum magnificauit in lib. Solilo. Ecce in-
quit domino gratias ago ne ſim ingraꝰ tibi libe
P rator meus quoniam liberaſti me. Sed notan-
dum eſt ꝙ ſunt quadruplices homines nō deuʒ
ſed ſemetipſos magnificantes in hac vita. vt ia
ctatores pomposi. ſimulatores doloſi. perquiſi
tores pecunioſi. ⁊ peccatores monſtruoſi. vt di
cit Holcot ſuper li. Sap. lectione. xcvij. Primi ꝗ
ſe magnificāt ſunt iactatores pompoſi. ⁊ hi ſunt
qui ſibi attribuunt gratias quas non habēt ni-
mis extollunt. hi ſunt qui ſibi commendatores
conducunt vt de eis talia diuulgent qualia ī ore
proprio credibilia forte non eſſent. Hi ſunt qui
teſtimonio ſpreto ꝯſcie proprie viuūt inanit̄ cō-
fidentes de ſua extollentia laudis aliene. Iactā
tia autem non eſt vitiuʒ laudis humane. ſicut di
cit Auguſtinꝰ. xiij. de ciuitate dei. capitulo. viij
ſed eſt vitium anime peruerſe amantis humanā
laudem ſpreto teſtimonio ꝯſcientie. Tales ſunt
nonnulli armigeri qui ſtrennua facta de ipſis cō
fingunt. et attribuunt ſibiipſis que ab alijs ge-
ſta fuerant. Tales etiam ſunt nonnulli pſeudo
apoſtoli qui ſcilicet ſibi arrogant ⁊ attribuunt
labores eorum. ſcilicet queſtiones. tractatus.
compilationes ſtudiorum quos vix intelligunt
in quibus nihil habent propriuʒ niſi ꝙ peius re
citant talia ꝗ fuerunt ab autoribus compilata
Talis fuit ille Fidentinus quem deridet Mar-
cialis Epygrama. li. j. dicens. ꝙ ipſe Fidentinꝰ
libros quos ipſe Marcialis edidit dum recen-
tes erant ſurripuit. ⁊ diſcipulis ſuis legit. ⁊ cuʒ
eos perfecte non intellexit reprehendens eum
ſuper hoc Marcialis ſcripſit ei dicens. Quem
recitas meus eſt o Fidentine libellus. Sed ma-
le cum recitas incipit eſſe tuus. Dicunt enim na
turales. Inter illud quod maioratur per rarefa
ctionem. ⁊ illud quod minoratur per augmenta
tionem differentia eſt. Quia illud quod raro ac
quirit maiorem quantitatem ⁊ occupat maiorē
locum ꝗ prius. ⁊ tamen non plus eſt de ſubſtā-
tia in raro ꝗ prius fuit in denſo. ſicut patet. iiij.
phiſicorum. c. de vacuo. Sed illud ꝙ realit̄ au
gmentatur creſcit tam in ſubſtantia ꝗ in quanti
tate. vnde ⁊ maiorem locum ⁊ etiaʒ habet plus
de ſubſtantia ꝗ prius vt patet. ij. de aīa. ⁊. j. de
generatione. Iſto modo moraliter de iſtis am-
pulloſis ſcholaribus qui per ſcholas cōmenda
tiones laicoruʒ nō nomen clericorū ſibi querūt
vnde acquirūt ſtatum ⁊ locum maiorē ꝑ mendo
ſas iactantias licet indigne. De ꝑfectione enim
ſcientie non plus habent ꝗ ante vel peiꝰ. Aliud
aūt eſt de addiſcentibꝰ ſoli deo. ⁊ de his ꝗ iactā
tie vitiū perhorreſcūt. Hi enim ſicut creſcunt in
honore ⁊ ſtatus ſublimatione. ita etiaʒ creſcunt
in valore ⁊ ſcientie augmentatione. Tales eniʒ
iactatores magnificant ſemetipſos. Hi ſunt qui
magis amaut vocari ꝗ eſſe. Appetunt faſtigiuʒ
⁊ recipiunt fundamentum. de quibus. Matth.
xxiij. Dilatant phylateria ſua et magnificant
fimbrias. De iſtis etiam qui magnificant no-
men ſuum dicit Gregꝰ. xxj. moral. c. xxv. Om- Q
nes qui in cogitatione terrena huic mundo con-
formantur per omne quod agunt in hoc mūdo
relinquere ſui nois memoriā volunt ⁊ conantur
Alij bellorum titulis. alij edificiorum membris
Alij diſertis doctrinarum ſecularium libris in-
ſtanter laborant. ſibiq̄ʒ nomē memorie edificāt
hec ille. Sed ꝙ fatue faciunt oſtēdit paulo poſt
dicens. Quantumlibet tamen quiſq̄ʒ ꝓ facienda
gloria ſui nominis laborat memoriam ſuā quaſi
cinerem ponit. quia hanc citius mortalitatis ven
tus rapit. hec Gregꝰ. Contra tales qui querūt
fame gloriā ⁊ celebritatem nois arguit. Boetiꝰ
de ꝯſo. li. ij. ꝓſa. vij. declarans fame vanitatem
per quinq̄ʒ ratiōes. Primo ex terreni ſpacij par
uitate. Terra enim non habet niſi rōnē vniꝰ pū
cti reſpectu celi. ſicut Ptolomeus ⁊ Alfraganꝰ

de differentijs aſtrorũ differentia tertia. Sꝫ de
ſupficie terre tm̃ quarta pars ẽ habitabilis nec
illa tota. Tum ꝓpter partes propinquas equi=
noxiali ex vna parte vbi eſt nimius calor. Tum
propter partes propinquas polo artice ex par
te boreali. Quid ergo magnũ eſt dato etiã ꝙ ho
mo p torũ mundũ qui non eſt pars puncti poſ=
ſet nomen ſuum diuulgare. Quia dicit Job. xxj
Gaudium hypocrite ad inſtar puncti. Secũdo
ſic probat. Impoſſibile eſt nomen ſuum diuulga
re per totum mundum. ⁊ hoc ꝓpter difficultatẽ
itineris ⁊ defectum cõmunicationis ⁊ cõuictus
quia non omnes homines ſibi idem corporalia
communicant. Tertio dato ꝙ poſſent ad glori=
am incedere vbiqꝫ. quia quod vna gens appro=
bat alia deridet ⁊ damnat. Quarto quia homi=
nes moriuntur ⁊ memoria hominis peribit. vn=
de quis habet memoriam fidelis Fabricij vł Ca
thonis. Jacent nomina eorum in paucis litterl
nec tamen nos qui legimus litteras p lr̃as ha=
bemus noticiam perſonarum. Quinto ſic. ille q̃
intendit ſic viuere in nomine ſuo in memoriam
hominũ facit ſibi duas mortes. vnam corporis
⁊ aliam ſui noĩs. quia neceſſario a memorijs ho
minũ cadat. Ad illud ponit idem Boeti⁹ duas
rõnes li. ij. pſa ſexta. Prima illud qđ falſa opi=
nione confert non debet eſſe de iure magni pon
deris apud hominem. Sed plures nomen fal=
ſi vulgi opinionis obtinuerunt. Secundo id qđ
falſo iudicio deẽ nõ pſeuerat diu. non debet eſſe
magni ponderis apud animũ virtuoſi ſed fauor
popularis nunꝗ prouenit ſm verum iudicium
vel ſi proueniat ſm verum iudicium non diu du
rat. quia populus nunꝗ perſeuerabit diu ĩ vno
ſed quod iſti plac et alteri diſplicet. igitur fauor
populi non debet hominem multũ mouere. Pa
tet ergo vanitas eorum qui nomẽ ſuum pompo
ſe magnificant ad oſtentationẽ. De talib⁹ legit̃
Geñ. xj. de filijs Noe p⁹ diluuiũ q̃ dixerũt. Cele
bremus nomẽ nr̃m atqꝫ diuidamur in vniuerſas
terras. et ceperunt edificare turrim cuius ca=
cumen attingeret celum. Et quid accidit. Cer=
te volebant ſibi facere nomen honoris. ⁊ fe=
cerunt ſibi nomen confuſionis. Et idcirco voca
tum eſt nomen eius babel. id eſt. cõfuſio. De ta
libus etiam ha bet̃ exemplũ. j. Machab. xxj. ꝙ
Joſeph ⁊ Zacharias principes iudeoꝝ dixer̃t.
Faciamus ⁊ ipſi nobis nomen. ⁊ eamus pugna
re contra gentes. Et ſequitur. Ceciderũt in die
illa ad duo milia virorũ. Ideo de illis orat pš.
Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa. et
linguam magniloquam. Qui dixerunt linguam
noſtram magnificabimus labia noſtra. ⁊c̃. ⁊ ite
rum non apponat magnificare ſe homo ſuper

terram. Secundo magnificant ſe ſimulatores R
doloſi. cuiuſmodi ſunt adulatores. Iſti directe
magnificant alios. ⁊ ex cõſequenti magnificãt
ſeipſos. Nã per hoc ꝙ alijs adulantes eos ma=
gnificant ab eis econtrario magnificari ſperãt.
Jactatores ⁊ adulatores ſemper ſunt boni ami
ci. Eſt enim adulatio quaſi ſpeculum ſuperbie.
Senes quorum oculi incipiunt caligari habent
quoddam inſtrumentum quod tenent inter ocu
lum ⁊ litteram quam volunt legere. ⁊ ſtatim lit=
tera que in ſe eſt valde gracilis apparet groſſa
ꝓpter denſitatem lapidis tranſparentis qui eſt
in illo inſtrumento. p cui⁹ medium tranſit litte=
ra ad oculum. Iſto modo ↄtingit aliqñ ꝙ hõ p
uus eſt ⁊ humilis in oculis ꝓprijs ſatis parum
reputãs de ſe ipſo. Sꝫ ſi accedit vn⁹ adulator ⁊
attribuit ei gratias ⁊ virtutes mirabiles, quarũ
forſitan nullam habet. vel ſi forte aliquam illaꝫ
extendit ⁊ mendaciter ampliabit ſe nobilem vi=
rum. Seneca dic̃ epiſtola. ij. Incredibile eſt qñ
magnos viros dulcedo orationis abducat. De
his ſimulatoribus doloſis loquitur Alanus de
planctu nature. Adulatores a voluntate vultũ
ab animo verbum. a mente linguam. ab intelle=
ctu loquelam amplo defenſionis interuallo diſ=
ſibulant. Plerumqꝫ forinſeca dealbatione lau=
dis arrident quos interna mentis ſubſanatiõe
pleroſqꝫ etiam exterius plauſibus applaudẽdo
collaudant. quos interius contradictoria deri=
ſione defraudant. foris quidẽ vultu applaudũt
virgineo. intus vero ſcorpionis pungunt acu=
leo. Foris adulationis mellicas compluunt im
bres. intus autem detractionis euomunt tem=
peſtates. hec ille. Contra iſtos magnificatores
dicit ſapiens Eccleſiaſtici. x. Gloria diuituꝫ ho
noratorum ⁊ pauperum. timor dei eſt. Noli de=
ſpicere hominem iuſtum pauperem. ⁊ noli ma=
gnificare virum diuitem peccatorem. Tertio ve
ro ſe vitioſe magnificant perquiſitores pecuni=
oſi qui videlicet dilatant horrea. pecora. armẽ=
ta et familiam multiplicant. ⁊ ſuper vacuas ha S
bitationes edificant. Sic magnificat⁹ fuit Na=
bal in monte Carmeli. de quo primi Regum
xxv. Homo ille magnus nimis durus. peſſi=
mus et malicioſus erat. Talis etiam fuit aliquã
do Salomon qui dicebat. Magnificaui opera
mea. Edificaui mihi domos. plantaui vineas.
feci hortos et pomeria. et conſeui ea cũctis ge=
neribus arborum Eccleſiaſtes. ij. De iſta ma=
gnificatione excuſauit ſe Dauid in pš. clj. Neqꝫ
inquit ambulaui in magnis neqꝫ in mirabilibus
⁊c̃. Quarto ſe malicioſe magnificant monſtruo
ſi peccatores. Naturaliter enim qñ in aliquo in
diuiduo multe ſpecies cõcurrunt monſtrum dr̃

in natura. vt ſi vnū indiuiduum eſſet ex ꝑte por-
cus ⁊ ex parte bos. monſtrū merito diceretur.
Et quanto ſpecies ille magis diſtarent ſm per-
fectionem nature. tanto magis eorum vnio mi-
rabilis appareret. Unde turpius monſtrum eēt
compoſitum ex homine ⁊ boue ꝙ compoſitum
ex aſino ⁊ boue. Recte moraliter peccatores di
cuntur multipliciter monſtruoſi. vel exceſſiua
magnitudine vnius peccati. vel ab aggrauatio-
ne magnorum ⁊ grauium peccatorum ſm ſpeci-
em diſtinctorum. imo quaſi contrariorum. Sūt
enim quedam vitia que quāuis non ſunt contra
ria ꝓprie. verūtamen agunt vt communiter ad
diminutionē alteriꝰ. ſicut ſuperbia ⁊ luxuria nō
ſunt eiuſdem generis. tñ naturaliter luxuria ha
bet ex ſua feditate corrumpere ſuperbiā. Uñ ꝑ-
ſone multū date lubricitati inueniunt̄ quaſi ſo-
ciales ⁊ nō multum ſupbe. Similiter ſupbia cor
rumpit luxuriam ex ſui nobilitate. Sūt eni non
nulli ex indignatione ſupbie feditatē luxurie de
teſtātes. Si ergo aliquis inueniat̄ q̄ ex vna ꝑte
eſt lubriciſſimus. ⁊ ex alia parte ſuperbiſſimus.
talis debet monſtrum reputari. vt puto q̄ eſt hō
per naturam. demon per ſuperbiam ⁊ thaurus
per luxuriaꝫ. Narratur. vj. Ene. Uirgilij. de mi
nothauro filio Paſiphaes vxoris minois queꝫ
ipſa concepit de thauro in bello marito moran
te. Iſte Minothaurus fuit ſemibos ⁊ ſemiuir.
vnde propter verecundiam ſui generis excogi-
tauit Dedalus labirintum in quo Minothaurꝰ
vitaꝫ finiuit. vt patuit parte prima F. B. A. Y.
Talia etiam monſtra modernis temporibꝰ ac-
ciderunt. Eodem modo etiam moraliter pecca
tor occiditur ⁊ vita eterna priuatur. ⁊ in labirin
to perpetuo conſeruabitur. De quo. pš. xlviij.
Laborabit in eternuꝫ. ⁊ viuet adhuc in finē. De
tali turpiter magnificato dicit dominꝰ per Eſa.
x. Uiſitabo ſuper fructum magnifici cordis re-
gis aſſur. Aſſur interpretatur arguens ſiue con
uincens. ⁊ talis arguitur ⁊ conuincitur a ſeipſo
Hiere. ij. Arguet te malicia tua ⁊ auerſio tua in-
crepabit te. Hi ſunt. iiij. genera hoīm ſeipos ma
gnificantes nec deo gratias agentes. nec ipſuꝫ
magnificantes quos non debemus imitari cha
riſſimi. ſed hunc alienigenam aduertamus ⁊ cū
ipſo chriſtum magnificemus. Iuxta illud Luc.
j. Magnificat anima mea dominum vt cum eo
mereamur audire. Fides tua te ſaluum fecit. ve
ni in pace videlicet hic in gratia ⁊ in futuro ī glo
ria eterna. Ad quā nos perducat ieſus xp̄s. ⁊c̄.

De eadem dñica.
Sermo tertius.

Dum iret ie-
ſus ī hierl'm trāſiebat per me-
diā ſamariā ⁊ galileā Lu. vbi
ſupra. Dicūt naturales ꝙ int̄
alias arbores tre oliua dr̄ eē fecūdior. ⁊ ſp reti- A
net humorē. ⁊ ſp in ipa folia vel fructꝰ īueniunt̄.
Et licet fructꝰ oliue ſit guſtui amarꝰ tñ reductꝰ
ad oleū ē vtilis ⁊ ſuauis. cōdit̄ ex eo cibꝰ. vngit̄
caput. ⁊ nutrit̄ ex eo lumen. Spūaliter per oli-
uam ſubaudi diuinam gratiam ſiue miſericordi-
am ꝑ quā celum repletum eſt ſaluandis. qꝛ non
ex operibus iuſticie que fecimus nos ſed ſm
miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. ad Titū
iij. Nam ⁊ ipſa miſericordia de ſe dīc in pš. Ego
quaſi oliua fructificaui in domo dei. Nullꝰ vnꝗ̄
celum intraſſet niſi miſericordia ipſuꝫ induxiſ-
ſet. vnde ſicut oliua hyemali ⁊ eſtiuali tempore
ſuum prebet vigorem. ſic peccatoribus diuina
miſericordia ⁊ iuſtis ſuū exhibet vigorē. de quo
pš. Hoīes. i. iuſtos ⁊ iumenta ſaluabis domine
queādmodū multiplicaſti miſicordiā tuā deus.
vbi ꝑ iumenta intelligunt̄ pctōres. Et ſicut fru-
ctus oliue ē amarꝰ guſtui. ſic miſicordia exigit
ī pctōribꝰ amaritudinē pn̄ie ⁊ ꝯfeſſiōis. de hoc
dīc canon de pe. di. j. §. ſerpēs di. Mltiplex mi
ſericordia dei ita lapſibꝰ hoīm ſubuenit vt nō ſo
lum ꝑ baptiſmi grām ſꝫ etiā ꝑ pn̄ie medicinam
ſpes vite reparet̄ etne. vt q̄ regeneratiōis dona
violaſſent ꝓprio ſe iudicio dānantes ad remiſſi-
onem criminū ꝑuenirent. Et pꝰ pauca. Media
tor inquit dei ⁊ hoīm Ieſus xp̄s hāc prepoſitis
eccl'ie tradidit ptātem vt ꝯfitentibꝰ pn̄ie ſatiſfa-
ctionē darent ⁊ eadē ſalubri ſatiſfactiōe purga
tos ad cōmunionē ſacroꝝ pia recōciliatiōis mi
ſericordia admitterēt ſꝫ licet dictū ē miſicordia
exigit in pctōribꝰ amaritudinē pn̄ie nihilominꝰ
tñ tl'is amaritudo vertit̄ in dulcorē. qꝛ ex ipa cō
dit̄ oīs vtꝰ. Niſi eni miſicordia acceptaret ope
ra nr̄a ⁊ ſuo ſapore aut pinguedine ḡta deo red
deret q̄cq̄d redderet facere poſſemꝰ eſſet inſipi-
dum. vngitur ex eo caput noſtrū. i. xp̄s q̄ eſt ca-
put eccl'ie vt miteſcat. vt cum iratꝰ fuerit miſeri
cordie recordabit̄. Et hanc miſicordiā oſtēdit ī
his decem leproſis quoſ ꝑ ſuā miaꝫ a lepra mū
dauit ⁊ ad ſacerdotes miſit di. Ite oñdite vos
ſacerdotibꝰ accipiēdo pn̄iaꝫ vt ſic ſua mīa etiaꝫ
pn̄iaꝫ exigeret. Et de hoc dicit euāgeliū hodier
num. In quo quidē euāgeliſta tria ponit. Infir-
mitatis narrationem ibi. x. viri leꝓſi ſte. Sani-
tatis petitionē ibi. miſere nr̄i ieſu. Beneficij re-
cognitionem. ibi. vnus autem ex illis. Circa
quod ſciendum dicit Macrobius ꝙ ſol eſt me- B
dius inter planetas affectus eorum concilians